

Itaque Quadratum circulo inscriptum erit ad circulum sicut latus illius Quadrati ad potestatem Diametri altissimam adplicatam ad id quod fit continuè sub Apotomis laterum Octogoni, Hexdecagoni, Polygoni triginta duorum laterum, Sexaginta quatuor, Centrum viginti octo, Ducentorum quinquaginta sex, & reliquorum omnium in ea ratione angulorum laterumue subduplâ.

Sic enim Quadratum circulo inscriptum Polygonum primum, Octogonum erit secundum, Hexdecagonum tertium, Polygonum triginta duorum laterum quartum. Et eo continuo ordine. Itaque erit ut Quadratum circulo inscriptum ad polygonum extremum seu infinitotum laterum, sicut Quod fit sub Apotomis laterum Tetragoni, Octogoni, Hexdecagoni, & reliquorum omnium in ea ratione subduplâ in infinitum ad potestatem Diametri altissimam. Et per adplicationem communem sicut Apotomes lateris quadrati ad potestatem Diametri altissimam adplicatam ad id quod fit sub Apotomis laterum Octogoni, Hexdecagoni, & reliquorum omnium in ea ratione subduplâ in infinitum. Est autem Apoto-

me lateris Quadrati circulo inscripti ipsi lateri æqualis, & polygonum infinitorum laterum circulus ipse.

Sit circuli diameter 4. Latus quadrati ei circulo inscripti fit 12. Quadratum ipsum 2. Apotome lateris Octogoni Radix binomia 2. + radice 2. Apotome lateris Hexdecagani Radix binomia 2. + Radice binomia 2. + radice 2.

Apotome lateris Polygoni triginta duorum laterum. Radix binomia 2.

$$\rightarrow \text{Radice binomia} \left\{ \begin{array}{l} 2 \\ \rightarrow \text{radice binomia} \left\{ \begin{array}{l} 2 \\ \rightarrow \text{radice} 2. \end{array} \right. \end{array} \right.$$

Apotome lateris Polygoni sexaginta quatuor laterum. Radix binomia 2

$$\rightarrow \text{Radice binomia} \left\{ \begin{array}{l} 2 \\ \rightarrow \text{Radice binomia} \left\{ \begin{array}{l} 2 \\ \rightarrow \text{radice binomia} \left\{ \begin{array}{l} 2 \\ \rightarrow \text{radice} 2. \end{array} \right. \end{array} \right. \end{array} \right.$$

Et eo continuo progressu.

Sit autem Diameter 1. Circulus 1N.

Erit $\frac{1}{2}$ ad 1N, sicut Radix $\frac{1}{2}$ ad unitatem applicatam ad id quod fit ex radice binomia $\frac{1}{2}$ + radice $\frac{1}{2}$, in Radicem binomia $\frac{1}{2}$, + radice binomia $\frac{1}{2}$, + radice $\frac{1}{2}$, in Radicem binomia $\frac{1}{2}$, + radice binomia $\frac{1}{2}$, + radice binomia $\frac{1}{2}$, + radice $\frac{1}{2}$ in Radicem binomia $\frac{1}{2}$, + radice binomia, $\frac{1}{2}$ + radice binomia $\frac{1}{2}$, + radice binomia $\frac{1}{2}$, + radice $\frac{1}{2}$. Et ea in infinitum methodo.

Sit diameter X. Circulus A planum. Erit X quadratum $\frac{1}{2}$ ad A planum, sicut L. X quadrati $\frac{1}{2}$ ad X potestatem maximam applicatam ei quod fit ex radice binomia X quadrati $\frac{1}{2}$, + radice X quadratoquadrati $\frac{1}{2}$, in Radicem binomiam X quadrati $\frac{1}{2}$, plus radice binomiaz X quadratoquadrati $\frac{1}{2}$, + radice X quadratoquadrato quadratoquadrati $\frac{1}{2}$ in radicem binomiaz X quadrati $\frac{1}{2}$, plus radice binomiaz X quadratoquadrati $\frac{1}{2}$, + radice binomiaz X quadratoquadrato quadratoquadrati $\frac{1}{2}$, + radice X quadratoquadrato quadratoquadrato quadratoquadrato quadratoquadrati $\frac{1}{2}$, in Radicem &c. in infinitum obseruatà vniformi methodo.